


SERIES LECTIONUM

IN

*ILLUSTRI MEGAPOLITANA
ROSTOCHIENSI ACADEMIA,*

ANNO MDCCXXIV.

per semestre Æstivum
habendarum.



ROSTOCHII,

Typis IO. IAC. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD.
Typograph.

LECTIOMUM SERIES

IN

ILLUSTRI AEGNOSTIANA
ROSTOCKIENSIS ACADEMIAE

ANNO MDCCXIV

per semestris Activum

habentur



ROSTOCKIENSIS ACADEMIAE
TYPIS IO. ADRIAN. SEHNING. MDCCXIV
TYP. SEHNING.

IN FACULT. THEOLOGICA.

JO. JOACHIM WEIDENERUS,

S. S. Theol. D. & P. P. O. ac Facultatis suæ Senior. Numine propitio prælecturus sum publice, Hora X. ante-meridiana ad *Venerabilis DN. ENGELSCHALLII Præjudicia Seculi moderni*; ut quæ superiori Anno, occasione aurei istius libelli SECKENDORFFIANI, qvi sub rubro *des Christen Staats*/ undique celebratur, monui & copiosius explicui, applicationem suam peculiarem & specia-liorem nanciscantur, adversus *Atheismum, Indifferentismum, Fanaticismum* & quoscunque *Adversarios*.

Deinde, Veluti *horis LXXXVI*. Duo Secula *Historiæ Ecclesiasticæ* absolvi & vastissimum opus *Detestatissimi Fanatici ARNOLDI* succincte, sed tamen solide refutavi, ita nunc *bono cum DEO!* reliqua secula eadem fide ac tenacitate aggressurus sum, nil eorum intermissurus, quæ ad *Jus Ecclesiasticum & Fata fidei nostræ sanctæ* pertinent & il-luc commodè referri poterunt. Tum tot vicibus jam habitum *Collegium Biblicum* hac denuo methodo & ordine repetiturus sum, ut per semestre æstivum *Codex V. T.* utiliter absolvatur.

Porro *Collegium meum Disputatorium*, **XLIX**. Dispu-tationibus divisum, iterum hoc ordine incipiet, ut sin-gulis septimanis duo instituenda sint in Museo nostro E-

X

exercitiis

exercitia, primum *Die Mercurii* hora secunda & tertia pomeridiana, alterum *die Saturni* hora IV. & Vta pomeridiana.


Ulterius accedet *Collegium Theologicum fundamentale & Examinatorium*; si & placeret aliquibus, quorum studia eo ascendissent, ut *de erroribus ac nevis Patrum* mecum conferre vellent, his omnem meam operam & promptissima officia spondeo.

Quemadmodum & denique in *Exercitiis* privatissimis *Collegium Juris Naturæ Glasfejanum* propediem absolvetur, nec minus *Collegium Literarium ad Bibliothecam Menckonianam*, ita in his curiosis & summe necessariis studiis nunquam defatigabor, atque publicis *Disputationibus*, quantum DEus vires & occasionem tribuerit, calefcere faciam.

HERM. CHRISTOPH. Engelsten / S. S. Theol. Doct. Ejusque Prof. Publ. Ord. *publicas* hactenus *lectiones in Augustanam Confessionem Hora pomeridiana II.* habuit, quæ quoniam nondum finitæ sunt, opera haud delassata B. C. D. continuabuntur, & optatum ad finem perducentur. *Privatim* non solum perget in *Collegio Thetico Theologico*, quod haud pridem inceperat, sed quoque de novo per instans *semestre æstivum* exorsurus est *Collegium Exegeticum in Acta Apostolorum*, hâc methodo habendum, ut textus Græcus quoad voces, phrasas, atque sensum Spiritus S. Celeb. DNN. Auditoribus innotescat, quandoquidem nunquam non ipsum Græcum Textum præleget, exponet, enucleabit. Præterea pollicitus est *Exercitium privatum disputatorium Theologicum*, vi cuius de dogmatibus sacris opponendo & respondendo privata instituentur in ædibus ipsius colloquia. Animum quoque induxit *Librum quendam V. T.*, cuius optio DNN. Auditoribus libera erit, explicandi. Neque in aliis, sive privatim sive priva-

privatissime, suam operam, si **DEUS** vitam concesserit viresque, petentibus denegabit.

FRANC ALB. ÆPINUS, S. S. Theol. D. & Prof. Ducal. Publ. FCtatis suæ h. Decanus, si per alia publica Academiae negotia licuerit, publicè Articulos Fidei universos ex D. Apostoli Pauli ad Romanos Epistola confirmare ac vindicare conabitur, Compendium Theologiæ Paulinæ dictâ ex Epistolâ, propositurus. Privatim verò, præter Theologicum fundamentale, & Examinatorium, in universos Libros Symbolicos nostros Collegium instituet Lectorio-Examinatorium, juncto Exegetico pariter ac Disputatorio. Nec in reliquis S. Theologiæ partibus, ordine suo successivè tradendis, vel Clarissimorum DNN. Auditorum diligentia, vel suo officio est defuturus.



In FACULTATE JURIDICA.

JOACHIMVS HENRICVS SIBRAND, V. I. D. & P. P. Facultat. Juridicae h. t. Decanus, ac Senior, in publicis Lectionibus, materiam *Successionis ab intestato*, casibus practicis illustraturus: *Privatim* vero Collegia Lectoria, Examinatoria, Disputatoria continuaturus.

JACOBUS CARMON, Phil. & U. J. D. Pandectarum prof. Publ. Ord. Consistorii Ducal. h. Director, continuabit *Collegia Juridica privata & privatissima*. Quibus absolutis, per instans adhuc semestre æstivum publicè tractabit *Differentias Juris Civilis & Canonici*, *Manuductioni Strykianæ* accommodatas. Privatim aperiet Collegia *Institutionum* ad ductum *Examinis Hoppiani*, *Pandectarum*,
(3 præeun-

præeunte Synopfi *Schöpferiana*; & *Feudalium Constitutionum*
juxta Methodum *Examinis Strykiani*. Faxit DEUS
feliciter!

JOH. CHRIST. PETERSEN, D. Codic. Prof. Publ.
Ordin. publicis Lectionibus Materiam Successionis, im-
primis illius quæ ab intestato fit, tractabit, privatis ve-
ro tum Auditores, præeunte Dno. Stryckio, ad Praxin
manu ducet, tum iisdem Collegium Institutionale Le-
ctorio-Examinatorium aperiet.



In FACULTATE MEDICA.

GEORGIUS DETHARDING, D. Anatom. & Ma-
them. Superior. Profess. Publ. Facultatis, Academiae &
Collegii Ducalis Senior, hodie Decanus. Publicis horis
Anatomiam explicabit; tum quoque *Bibliothecæ* Acade-
miæ, præfectus singulis Mercurii diebus, a hora
secunda ad quartam pomeridianam omnibus &
singulis se illic adeundi, & de *Rebus Physico-Medicis* se-
cum differendi januam aperiet. Privatum continuabit
Collegia ad rem medicam facientia, ac quidem hæte-
nus in se hoc desiderari non passus est.

CHRISTOPH. MARTIN. BURCHARDUS, Med. D.
& Prof. P. O. publice Pathologiam Menter Auditoribus
explicabit. In eorum quoque gratiam, qui Floræ de-
liciis capiuntur, excursions instituet Botanicas, Pri-
vatim Collegium aperiet Chemicum; Et si qui sunt,
qui Rerum Naturalium Scientia delectantur, deside-
riis eorum non deerit. Præterito semestri duos actus
disputorios habuit de Principio Movente in Animatis,
& quidem speciatim de Anima brutorum, quam excipiet
alia Dissertatio de Anima Humana, propediem typis
exscribenda. NI

IN FACULT. PHILOSOPHICA.

M. PETRUS Becker / ad D. Jac. Past., & Math. P. P. Colleg. sui, Fac. Phil. modo Senior, per instans semestre æstivum lectionibus suis publicis destinavit *Trigonometriam Theoretico-Practicam*, eandemque & *planam* & *sphaericam*, quoniam usus ejusdem per omnem sese *Mathesin* diffundit. Quod si tamen gratum quid magis Philomathematici judicaverint, ipsorum desiderio ac scopo & hac ratione satisfaciet. Privatim vero, sive ipse, sive per Cl. M. Joh. Hermannum Becker / qui vices ipsius adhuc sustinuit, potiores *Matheseos* partes, *Mathesin Biblicam*, *Physicam* & *Philosophiam experimentalem* tradet desideraturis.

DAV. HENR. KOEPKENIUS, D. ut præterito semestri spacio methodum investigandi scientias tradidit; ita eo, quod ingressi sumus, è sacro Codice librum quendam Psalmorum bono cum DEO publice explicabit. Privatos intra parietes libros Mosis perpetua lectione familiares reddere studebit, & quæ difficiliora fuerint, sollicito declarabit, oratoriam quoque dum sacram dum profanam docebit, & Disputationibus ad B. D. Joh. Olearii Synopsin errorum in quibus Pontificii hærent, instituendis, vacabit; si præterea Dominorum Commilitonum usus juvare poterit, multa cum voluptate non minus quam sinceritate id perficiet.

ERN. JOH. FRID. Mangel / Juris Utriusque & Philosoph. Doctor ac Moraliū Professor Ord. Publicè *Jus Naturæ & Gentium ad ductum Compendii Pufendorffiani de Officio Hominis & Civis*; privatim autem *Philosophiam Moralem secundum Præcepta Celeb. Buddei*, explicabit: Tradet etiam

iam succinctam *Omnium Europæ Statuum Notitiam Historico-Genealogico-Heraldico-Politicam*, junctâ Mercurii Saturnique diebus *lectione & explanatione relationum politicarum hebdomadalium* : Imo & instituet *Exercitium Disputatorium* ad exercendam linguæ volubilitatem, *super omnis generis theses controversas*. *Lectiones* insuper *juridicas*, more consueti cum Consensu Magnif. Jctorum ordinis, ex tabula publica indicaturus.

Cum & inter nos Celebres & Eruditissimi omnium Facultatum degant *Doctores & Magistri*, hinc & ab illis, sub indultu & favore singularum Facultatum, expectari itidem poterunt, quæ in usum & commoda Dnn. Studiosorum facient.

Vivunt denique apud nos IV. *Linguarum, Gallicæ, Britannicæ & Italicæ* Magistri, qui dono fandi exascentissimo pollent, quorum informatione utiliter frui licebit.

Habemus & *Artis Saltatoricæ* Magistrum ornatissimum ac peritissimum; Nec minus *Palæstricum Doctorem* fortem & exercitatissimum, imo denique *domitorem equorum* singulari talento instructum, & ad artem equestrem omninoabilem.

